

Prologus

B

bernam et qui cum eis sunt fratres. Salutate philologum et iuliam nerei et sororem eius et olympadem et omnes qui cum eis sunt sanctos. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes ecclesie christi. Rogo autem vos fratres ut obseruetis eos qui dissensiones et offendicula propter doctrinam quam vos didicistis faciunt et declinate ab illis. Huiusmodi enim christo domino nostro non seruiunt: sed suo ventri: et per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium. Quisra enim obedientia in omni loco diuulgata est. Gaudeo igitur in vobis: sed volo vos sapientes esse in bono et simplices in malo. Deus autem pacem operatur sathanam sub pedibus vestris velociter. Gratia domini nostri iesu christi vobiscum. Salutat vos thimotheus adiutor meus: et lucius et iasion et sosipater cognati mei. Salutat vos ego tertius qui scripsi epistolam in domino. Salutat vos gaius hospes meus et vniuersa ecclesia. Salutat vos erastus arcarius civitatis: quartus frater. Gratia domini nostri iesu christi cum omnibus vobis amen. Si autem qui potens est vos confirmare iuxta euangelium meum et predicationem iesu christi: secundum reuelationem mysterii temporibus eternis taciti quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum secundum preceptum eterni dei ad obedientiam fidei incunctis gentibus cogniti soli sapienti deo pie sum christum: cui honor et gloria in secula seculorum amen.

Explicit epistola pauli ad Romanos. Incipit prologus in prima epistola ad Corinthios

e

Epistola prima ad Corinthios multas causas diuersasque complectitur. Quarum partem relatione fratrum cognouit apostolus. Partem ipsorum Corinthiorum sunt literis indicate. Nonnullas vero pro officij sui cura: aut ordinat. aut emendat et varijs curationibus medetur. diuersa infirmitate languentibus. Nam apud eos primum curat dissensionis vitium. quod multi pseudoapostolorum vnitatem intulerunt scindentes ecclesie. ut propriis nominis facerent sectatores.

quod his approbat verbis apostolus. Hoc autem dico quod unusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum pauli. ego autem appollo. ego vero cephe. ego autem christi. Et ob hoc quidem horum se dicit facere nomen mentiosum: ut multo magis erubescant id se facere sub falso apostolorum nominibus. quod etiam si sub pauli et petri fieret nomine displiceret. Secunda causa eius iudicium qui paterne oblitus reuerentie vixit sibi non erubuit facere de nouerca. Quod facit licet fornicationem appellauerit apostolus: tamen ita condemnauit ut in ultionem facti auctore talis operis diabolus iudicauerit deputandum: imposta iudiciorum et litiu tercia questione. Quarto loco matrimoniorum iura tractantur his. Quinto loco coelibatus consilium velut e vicino coniungitur. Sexto loco de escarum licentia disputatur. Septimo atque octauo loco de attendendo viris et mulieribus velado capite. ac sacramentorum cōtione precipitur. Nono loco emulatio que diuinitatem tonorum spiritualium nascebat: sub exemplo membrorum et corporis castigatur. Decimo resurrectionis spes multis et argumentis et rationibus approbat. Ultimo de colligendis ad necessitatem sanctorum nomine charitatis cura. vel edificatio cultui imponitur. Interferunt his pauca que aut (ut quibusdam videtur) pendunt ex superioribus. aut habent licet proprias tamen paruas actiones

Explicit prologus. Incipit argumentum.

c

Corinthii sunt athenienses et hi similiter ab apostolo audierunt verbum veritatis: et subuersi sunt multifaria falsis apostolis. Quidam a philosophie otiosa eloquentia: alij secta legis iudaici inducti sunt. Hos reuocat apostolus ad veram fidem et euangelicam sapientiam scribens eis ab epistolo per thimotheum discipulum suum.

Explicit argumentum.